



Gramsch-Stehfest, S. 152:

Gerard David, Diptychon mit dem Urteil des Cambyses (1498): **Verhaftung des bestechlichen Richters** Sisamnes (aus dem Fenster sieht man die Bestechungsszene).

Quelle:

https://commons.wikimedia.org/wiki/File:Gerard_David_007.jpg

Literatur: Dirk de Vos, Flämische Meister: Jan van Eyck, Rogier van der Weyden, Hans Memling, Köln 2002, S. 189-198 .

Siehe auch:

Martin Luther über die Juristen: „Es kam einmal ein Abdecker zu einem silbernen Juristen und sprach zu ihm: Glück zu, Gott ehre das Handwerk! Da ward der Doctor unwillig. Ja, sprach der Schinder, wir sind billig eines Handwerkes, wiewol wir eins Grads leidlicher, und nicht so große Schinder sind, als ihr Juristen, ob ihr gleich den Namen nicht wollt haben; denn wir schinden todte Thiere, ihr aber lebendige Leute.“

(Martin Luther, Tischreden, Weimarer Ausgabe, Bd. VI, Nr. 7028)

Lateinischer Text der **Erfurter Schulordnung von 1282**.

Quelle: Friedrich Cramer, Die Erfurter Schulordnung von 1282, in: Historisches Jb. 31 (1910), S. 290-292; unverändert abgedruckt in: Gramsch 2012, S. 147-149.

Judices sancte Maguntine sedis dilecto in Christo . . scolastico ecclesie sancte Marie Erfordensis salutem in domino. Super statu scholarium et scolastice discipline quedam statuta sunt edita in oppido Erfordensi per viros discretos et providos in hec verba: Quia nonnulli scolares constituti apud oppidum Erfordense, dum a magistris scholarum pro suis excessibus et insolenciis arguuntur, irreverenter de scolis ad scholas se transferunt, pro sue beneplacito voluntatis, ut sic a iugo scolastice discipline debito se eximant et correctionem excessibus eorum condignam effugiant impuniti; multi etiam nullis scolis aut ecclesiis ibidem astricti licet se asserant causa studii ibidem morari vitam ducunt nimium dissolutam in non modicum discipline scolastice detrimentum necnon contemptum privilegii clericalis, quo tamen se defensari desiderant et tueri. Cum igitur id solum bene agatur, ut vita hominum corrigatur, quorum maliciis non est indulgendum sed potius obviandum, nos . . sancti Augustini prepositus . . sancte Marie et . . sancti Severi scolastici ecclesiarum Erfordensium (...) statuimus, ordinamus et iubemus hec statuta nostra secundum tenorem subsequencium per scholas nostras Erfordenses inviolabiliter observari:

1. Quorum primum est istud, quod nullus scholaris sive maior sive minor habens aut non habens discipulos aut etiam domicellos a choro sit exemptus saltem diebus dominicis et festivis,
2. quos etiam omnes apud magistros locari volumus pro precio solito et consueto, nam hiis duobus si aliquis scholarem esse profitetur quibus si quis contraire voluerit, non potest nec debet inter scolares reputari nec eorum privilegio gaudere nec ipsos si necesse fuerit ullatenus defensari.
- 3 Item ne quisquam scholarium de commissis sibi discipulis pro determinato precio audeat facere ullum pactum.
4. Preterea quod nullius, qui ad solvendum sufficiens est, premium scolasticum minuatur nisi magistro gratiam in precio facere voluerint scholaribus quibus discipuli sunt commissi.

Gramsch-Stehfest, S. 153 (Fortsetzung):

Lateinischer Text der Erfurter Schulordnung von 1282.

5. Item si post alicuius magistri terminum in scolis eiusdem scholaris steterit per mensem aut paulo citra, mutari sibi locum non liceat nisi precio anni dimidii prius plenarie persoluto; si autem civitatem omnino exire voluerit; satisfaciat tantum de precio deservito.
6. Item si in termino debito a scolis quibusbet scholaris recesserit nisi prius exoluto precio magistri prioris, nequaquam ad scolas alias admittatur.
7. Preterea statuimus, ne scholaris apud puerorum quempiam locetur hospicio nec puer mutando locum suum in scolis de scolare ad scolarem transeat nisi de magistri ordinatione consilio et consensu.
8. Item ne quisquam solum in scolis aut extra scolas nisi doctrinale aut auctores qui annumerari gramatice consueverint sociis repetere si necesse fuerit admittatur,
9. quorum tamen repeticionibus aut etiam magistrorum lectionibus omnino nullos admitti concedimus, qui magistrum aut magistero proprium aut proprios non habeant, apud quem vel quos pro precio solito sint locati secundum continenciam premissorum.
10. Item scolas in locis insolitis et lectiones privatas in eisdem penitus inhibemus.
11. Volumus autem, ut quicumque solum aut maiorum sive minorum statutorum observacione aut quacumque alia occasione se suo magistro aut cuivis alii magistrorum iniuriose opposuerit aut aliquas malignandi vias contra suum magistrum aut alios attemptaverit, a communione et consorcio magistrorum scholarum et solum totaliter excludatur.

Ut autem hec ordinacio nostra in posterum iugiter observetur, presentem paginam conscribi fecimus et sigillis subscriptis videlicet sancti Petri et Scothorum abbatum, Lamperti prepositi sancte Marie, capitulorum nostrorum ac nostris propriis firmiter communiri.

Facta est hec ordinatio anno domini millesimo CC^oLXXXII. XVII. Kalendas Julii.

Gramsch-Stehfest, S. 156:

Präsentation des Hl. Augustinus in der Schule von Thagaste (rechts **Darstellung des Unterrichtsbetriebs mit Züchtigung eines Schülers** durch den Lehrer). Fresko von Benozzo Gozzoli in S. Agostino in San Gimignano (um 1465)

Link: <https://www.augustinus.de/nachrichten/441-festrede-2016>